



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De illis qui comedunt vel bibunt ab immundis animalibus tactum, vel
intinctum. cvi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

persuaserit, postea pœnitentiam egerit, XII. annos pœnitentia: quatuor annos extra Ecclesiā, & sex inter auditores, & duo adhuc extra communionem. De his in canone dicuntur, ut X. anno communionem sine oblatione recipiant. Si episcopus aut abbas iubet monacho suo pro hæreticis mortuis Missas cantare, non licet, & non expedit obedire eis. Si presbytero contigerit, ubi Missam cantauerit, & alius recitauerit nomina mortuorum, & simul nominauerit hæreticos cū catholicis, si post Missam intellexerit, hebdomadam pœnitentiat. Si frequenter fecerit, annū integrum pœnitentiat. Si quis autē pro morte hæretici Missam ordinaverit, & pro religione sua eius reliquias ibi tenuerit, & nescit differentiam catholicæ fidei, & posteā intellexerit, pœnitentiamq; egerit, reliquias ibi debet igne concremare, & annum pœnitentiat. Si autem scit & neglexerit, pœnitentia commotus, decem annos pœnitentiat. Si quis à fide catholica discesserit sine villa necessitate, & posteā ex toto animo pœnitentiam acceperit, tres annos extra Ecclesiā, id est, inter audientes iuxta Nicenū concilium, septem annos in Ecclesiis inter pœnitentes, & duos annos adhuc extra communionem pœnitentiat.

De illis qui comedunt, aut bibunt ab immundis animalibus tacitum, vel intinctum. Cap. CVI.

V. I comedit, vel bibit intinctum à familiari bestia. Ex pœnitentiiali

Quid est, cane, vel catto, & scit, C. Psalmos cätet, si nec scit, duos dies iejunet, vel si redimere voluerit, L. Romano.

Psalmos cantet. Qui dederit alicui liquorem, in quo mus, vel mustela mortua inuenta sunt, si laicus est, septem dies pœnitentiat. Si in cœnobiis contigerit, CCC. Psalmos cätet. Qui postea nouerit quod talē potum biberit, CL. Psalmos cantet. Si quis semicoctū comederit inscius, tres dies pœnitentiat, vel Psalterium cantet. Sciens autē septem dies pœnitentiat. Pro modico furto, XX. dies pœnitentiat, qui est XX. annorum, puer qui est X. annorum aliquid furti faciens, septem dies pœnitentiat. Si quis tinxerit manū in aliquo cibo liquido, & nō idonea manu, C. palmatis emendetur. Si in farina, aut in aliquo cibo sicco, aut in pulte, aut in lacte coagulato mus, vel mustela mortua inueniūtur, quod in circuitu eius est totum, proiicitur foras, quod reliquum est, manducetur.